



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Tertium exercitium, repetitio primi & secundi cum tribus colloquiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

ditatio per colloquium, extollendo
infinitam DEI misericordiam, & gra-
tias pro viribus agendo, quod vitam
ad hunc usque diem prorogauerit,
vnde proposita in futurum mei e-
mendatione, recitabo semel Pater
noster.

TERTIUM EXERCITIUM
tum non erit aliud, quam repetitio
primi, & secundi; una cum
tribus colloquiis.

Post preparatoria in orationem,
& duplex præludium, repetenda
erunt præcedentia duo exercitia,
notatis punctis, seu locis, in quibus
maiorem senserimus cōfolationem,
desolationem, aut aliam quamcum-
que spiritualem affectionem: ac in il-
lis diutius diligentiusque immoran-
dum erit: deinde occurrente nobis
spirituali motu, ad colloquia quæ se-
quuntur tria veniemus.

C 6 Collo-

Colloquium primum, fit ad Dominam nostram, Christi Matrem, flagitando intercessionem eius apud Filium, & gratiae impetracionem nobis tripliciter necessariæ. Primo, ut internam criminum nostrorum cognitionem, ac detestationem sentiamus. Secundò, ut operum nostrorum agnoscentes, abhorrentesq; ordinem peruersum, correcto eo, nosmetipos secundum Deum rectè ordinemus. Tertiò, ut perspecta, & damnata mundi prauitate, à rebus mundanis, ac vanis nos recipiamus. His expletis semel recitetur Ave Maria.

Secundum colloquium, fiat similiter ad Christum Dominum, & Mediatorem nostrum, ut illa eadem nobis impetret ab eterno Patre. Subdetur in fine oratio, quæ incipit: Anima Christi.

Tertium, eodem processu facien-

dum

dum est ad D E V M Patrem , vt tripli-
cem illam gratiam nobis largiatur ,
& in fine semel recitandum Pater
noster.

*Quartum exercitium conficitur ex
repetitione.*

POnitur repetitio eiusmodi, velu-
ti quædam eorum ruminatio ,
quæ meditatus sum in exercitiis
prioribus , vt ea continuè remini-
scendo , discurrat facilius intellectus
sine diuagatione. Adiicienda quo-
que erunt tria eadem colloquia.

QVINTVM EXERCITIUM
tum est contemplatio de inferno ; con-
tinetq; ultra orationem præparatoriam ,
Et duo præludia, puncta quinq; , Et
unum colloquium .

ORATIO præparatoria non dif-
fert à superiore.

Prius præludium, hic habet

com-